

ff. 82r-84v Origenes, *In Cantica canticorum*, prologus

[1] { [14]¹ Oportet igitur, secundum eandem / sapientissimi Solomonis doctri/nam, eum qui sapientiam² scire desi/derat incipere ab erudicione morali, et / intellegere illud quod scriptum est: Concu/pisti sapientiam, custodi mandata, et Dominus / dabit eam tibi. / Ob hoc ergo magister hic qui primus homi/nes diuinam philosophiam docet, operis sui / exordium Prouerbiorum posuit libellum / in quo, ut diximus, moralis traditur locus, / ut, cum intellectu quis moribusque³ profe/cerit⁴, ueniat etiam ad naturalis intelligen/tiae disciplinam, atque ibi rerum causas / naturasque distinguens adnoscat uanita/tem uanitatum relique`n`dam, ad aeternam autem et perpetuam properandum.

[15] Et ideo / post prouerbia ad ecclesiasten uenitur, / qui docet, ut diximus, uisibilia omnia et cor/porea caduca esse ac fragilia, que utique / cum ita esse deprehenderit his qui sapien/tiae studet, sine dubio contemnit ea ac dis/piciet, et uniuerso, ut ita dicam, seculo renun|82v|tians tendat ad inuisibilia et aeterna, / quae spiritalibus quidem sensibus sed adoper/tam amoris quibusdam figuris docentur in / cantico cantiquorum. /

[16] Ideo enim nouissimum locum tenet ipse li/ber, ut tunc ad eum ueniatur, cum et moribus / quis fuerit defecatus, et rerum corruptibi/lium scientiam distinctionemque didice/rint, quo in nullo possit ex his figuris, quibus / sponse ad sponsum celestem, id est animae / perfectae amor ad uerbum dei, describitur / ac formatur, offendi. Praemissis namque / his quibus purificatur anima per actus et mo/res, et in rerum discretione naturalium per/docetur, competenter ad docmatica uenitur / et mystica atque ad diuinitatis contemplacionem / sincero et spiritali amore conscenditur. /

[8] Haec uero } sapientissimo salomone { uere philo/sophiae fundamenta ponentem ad ordine / disciplinarum institucionumque condentem, / quod non latuerit, neque ab eo abiectus sit / etiam rationalis locus, euidenter ostendit / in principio statim prouerbiorum suorum, |83r| primo omnium per hoc ipsum quod prouerbia / adtitulauit libellum suum,

¹ [14] chapter numbers of Origenes, Prologus 3 in Cantica canticorum (http://ldysinger.stjohnsem.edu/@texts/0250_origen/02_or-txts1.htm = H. Karpp, *Origenes vier Bücher von den Prinzipien*, Darmstadt, Wissenschaftliche Buhgesellschaft, 1976)

² sapientiam] sapientia *M*

³ moribusque] moribus qui *M*

⁴ profecerit] profi/cerit *M*

quod utique nomen / significat; aliud quidem palam dicit, aliud uero / intrinsecus indicari. Hoc enim et communis / usus prouerbiorum docet. / Et iohannes in euangelio saluatorem ita scribit dicentem: “Hec in prouerbiis locutus sum / uobis; ueniet hora, cum iam non in prouerbiis / loquar uobis, sed manifeste de patre adnunciem uobis. (Jn 16:25)”. Hec interim de ipsa tituli inscriptione.

[9] In sequenti uero subiungit statim discretionem uerborum, et distinguit scientiam a sapientia, et ab scientia disciplinam, et intellectum / uerborum aliud adponit, et prudentiam dicit / in eo esse ut excipere possit quis uersutias uerborum. Distinguit etiam iustitiam ueram a⁵ discretione iudicii, sed et astutiam⁶ quamdam nominat / his quos inuit necessariam, illam, credo, post / quam sophismatum intellegi ac declinari possit argutia. Et ideo innocentibus per sapientiam dari astutiam, sine dubio ne in uerbo dei decipiantur fraude sophistica.

[10] Sed et in hoc uidetur mihi rationalis discipline meminisse⁷, per quam doctrinam uerborum dictorum significantiae discernuntur, et uniuscuiusque sermonis proprietas / certa cum ratione distinguitur. In qua precipuae erudiri conuenit pueros; hoc enim / ortatur, cum dicit: Ut det⁸ puero iuueniori sensum / et cogitationem. Et quia, qui in his eruditur, necessario rationabiliter per ea quae didicit se/met ipsum gubernat, ut uitam suam moderatius / liberat, propterea dicit: Intellegens autem / gubernationem acquirit.

[11] Post haec uero cognoscens in uerbis diuinis, quibus per prophetas humano generi traditus / est ordo uiuendi⁹, diuersos esse eloquii trophos / et uarias dicendi species, ac sciens haberi / in eis aliquam figuram quae parabola appelletur, et aliam quae obscura dictio dicatur, aliasque quae parabolam appellatur, / et aliam quae obscura dicitio dicatur, aliasque / quae enigmata¹⁰ nominantur, et aliasque dicta / sapientium dicantur, scribit: Intelleges quoque / parabolam et obscurum sermonem dictaque sapientium et aenigmata. Per haec ergo singula / rationalem¹¹ locum manifeste et euidenter exponit, ac¹² more ueterum succinctis breuibusque sententiis ingentes et perfectos explicat sensus.

⁵ ad discretionem] adrectio/ne(m) *M*

⁶ astutiam] adstucia(m) *M*

⁷ meminisse, per] meminisse semper *M*

⁸ det] de *M*

⁹ uiuendi] bibendi *M*

¹⁰ enigmata] &nigmata *M*

¹¹ rationalem] ratione(m) *M*

¹² ac more] amore *M*

[12] Quae, / si quis est qui in lege domini meditetur die ac nocte / et quis est sicut os iusti quod meditatur sapien/tiam, inuestigare diligentius(!) poterit et inuenire, / sic tamen recte quesierit, et querens pulsaue/rit ostium sapiens, petens a deo ut aperiatur / ei et mereatur accipere per spiritum sanctum uerbum / sapientiae et uerbum scientiae fierique par/ticeps illius sapientiae quae dicebat: Exten/debam enim uerba mea et non audidiebatis.

[13] Et / merito extendere se dicit uerba in eius cor/de cui dederat deus, sicut supra diximus, latitu/dinem cordis. Dilatatur namque illius cor / qui¹³ postea quae breuiter in mysteriis¹⁴ dicta / sunt, laciore doctrina sumptis ex uoluminibus / diuinis adsercionibus explanare. /

[22] Si quis ergo primum locum in emendandis / moribus mandatisque seruandis, que `in´ / prouerbia designatur. impleuit, / post haec autem deprehensa uanitate mundi / et rerum caducarum fragilitate perspecta, / uenit in hoc ut renuntiet mundo et omni/bus quae in mundo sunt, consequenter |84v| ueniet etiam ad contemplanda¹⁵ et ad consi/deranda ea quae non uidentur et aeterna sunt.

[23] Ad que¹⁶ tamen ut peruenire possimus, indi/gemus diuina misericordia, si forte preua/lemus, perspecta pulchritudine uerbi dei, / salutari in eum amore succendi, ut et ipse / dignetur huiusmodi animam diligere quam / desiderium sui habere perspexerit. }

[2.0] {^{962B}17 Salomon cum ecclesiae multiformem / gratiam enumerasset, adieci`t´: omnes apud / eam uestiti sunt dupliciter (Cf. *Prov.* 31.21) } ornatam uir/tutibus: actualis et inspectiuae significans, / has greci / ΠΑΚΡΙΚΗΝ et ΘΗΡΗΤΙΚΗΝ / appellant. /

[2.1] ΠΑΚΡΙΚΗΝ id est actualis, haec com/munis est omnibus fidelibus; et in {^{962B} mul/tas professiones ac studia diriuatur, } ut / est: “Esuriui et dedistis mihi manducare / et cetera (*Mat.* 25.35)” pietatis officia, quia fides sine / operibus mortua est. /

[2.2] ΘΗΡΗΤΙΚΗΝ id est inspectiua, / non quae uidetur sed quae non uidetur |85r| intendit, ut est illud “quod enim uidet quis quid / sperat? Si autem quod non uidemus, speramus / per patientiam

¹³ qui] que *M*

¹⁴ mysteriis] ministeriis *M*

¹⁵ contemplanda] contemplanda(m) *M*

¹⁶ que] que`m´ *M*

¹⁷ {} = Cassianus, *Collationes* XIV.8 (PL 49 962B-965B)

expectamus (*Rom.* 8.24-25)”. Quae etiam semper / manent ~~sicuti¹⁸ sunt~~
~~atque est~~, per Christi gratiam / fideles animae subleuantur.

[2.3] Haec autem inspec/tiua diuiditur in duo: {^{962B} in historicam
interpre/tationem et intellegentiam spiritalem. } /

[2.4] Historia simplex est. {^{965A-B} Doctrina historiae / ordinem
simpliciter pandit, in qua nullus / occultus intellectus est nisi qui uerbis
reso/nat, ut est “tradidi uobis, que(!) et accepistis / quia Christus mortuus est
(*I Cor.* 15.3)” et “misit deus filium suum / factum ex muliere (*Gal.* 4.4)” et
“Audi, Isrhael: dominus deus tuus, / deus unus est (*Deut.* 6.4)”. } /

[2.5] Spiritualis intellegentia tripertita est, / quia in tribus diuiditur:
in tropologia, / in allegoria, in anagogen. Et ideo {^{Cassiod. II.iii.6}
inspec/tiua dicitur, quia supergressi¹⁹ uisibilia / de diuinis aliquid et
celestibus contempla/mur, eaque mente sola intuimur, quoniam cor/poreum
supergredimur aspectum. } / Tropologia, id est morum institutio;
allego/ria, id est fugata²⁰ dictio; anagogen, id est |85v| ad superna
conscendens²¹. /

[2.6] {^{964A} De his quattuor, } id est historia, tropologia, / allegoria,
anagoge, {^{964A} ita dicit apostolus: / “Si uenero ad uos linguis loquens: quid
uobis / prodero, nisi si uobis loquar aut in reuelati/one aut scientia aut
prohetia aut doctrina? (*I Cor.* 14.6)”. / Reuelatio ad allegoriam pertinet, }
ut est illud / “quia {^{964B} patres nostri omnes sub nube fuerunt et ce/tera(*I*
Cor. 10.1)”, } {^{963A} quia ea quae in ueritate gesta sunt / alterius sacramenti
formam praefigurasse dicuntur. } / Scientia tropologi`c`a est, id est {^{963B}
moralis explana/tio ad emendationem uite et ad instruccionem / pertinens
actuaalem, uelut si duo testamenta / intellegamus, practicam et theoricam
disci/plinam, uelut²² hierusalem aut Sion animam hominis. } / Prophetia
ad anagogen pertinet, quae {^{963A-B} de spi/ritalibus misteriis ad sublimiora
quaedam / et secretiora celorum secreta conscendens²³; / `quae´ ab apostolo
subicitur: “Quae sursum est hie/rusalem, libera est et cetera (*Gal.* 4.26)”. }

18 sicuti *p.c.*(?), secuti *a.c.* *M*

19 supergressi] supregressi *a.c.* *M*

20 fugata *sic M*, *sed* figurata *legendum* (*Cf. Mb*)

21 conscendens] consensus *M*

22 uelut] (ve)l *M* (*vide Bh, Bamberg Msc. nat. 1 f. 45v*)

23 conscendens] concedens *M* (*Cf. Bamberg Msc Nat. 1 f. 45v*)

/ {^{965A-B} Doctrina historiae ordinem simpliciter / pandit, in qua nullus occultus intellectus est / nisi qui uerbis resonat, sicut est “Tradidi uobis (*I Cor.* 15.3)”, } |86r| quo et accepi quia Christus mortuus est pro peccatis nostris.

[2.7] Haec quattuor partes possunt in uno / pariter conuenire, ut est hierusalem {^{964A} secun/dum historiam ciuitas iudeorum, / secun`dum` allegoriam²⁴ ecclesia Christi, / secundum anagogen ciuitas caelestis, / secundum tropologiam anima hominis quae / frequenter hoc²⁵ nomine increpatur aut lau/datur a domino. } /

[3.0] Philosophia trifaria primo diuiditur i.e. / in theoricam, practicam, et loicam²⁶. Sed hae / tres partes subdiuisione`s` singulae capiunt, isto modo. / [3.1] Theorica, i.e. contemplatiua, in tres subdiuiditur: in theologiam, physicam, et mathematicam. Theologia est cognitio diuinorum. / Physica est naturalium rerum peruestigatio. / Mathematica est in ediscendis accommodata. / Quae et ipsa in quattuor diriuatur: in geo/metricam²⁷, arithmetiam, astronomiam²⁸, et musicam. / [3.2] Practica, i.e. actualis, item in tres subdiuiditur: / in ethicam i.e. moralem, in economicam²⁹ i.e. / dispensatiuam, politicam i.e. ciuilem. [3.3] Loica³⁰ / similiter trifariam subdiuiditur: |86v| in dialecticam³¹ i.e. in disputatoriam, / ephidicticam i.e. demonstratiuam, / et sophisticam i.e. fraudulentam ac fictam.

[4.0] Philosophiae diuisio /

[4.1] Theorica id est contemplatiua: Theologia id est / in diuinis rebus, Physicam in humanis et natu/ralibus, Mathematica in ediscendis. / Item. Mathe[mathe]matica in quattuor diriuatur: in geometrica, arithmetica, astro/nomica, et musica. / Geom&rica in spatiorum et formarum demensione. / Arithmetica ad numeros cognoscendos. / Astronomia ad cogniciones stellarum. / Musica ad modulationes(!) sonorum. / [4.2] Practica diuiditur ut supra. [4.3] Loica ut sup(ra). /

²⁴ allegoriam + [allegoria] *M*

²⁵ hoc] hec *M*

²⁶ Loica(m) *p.c.*, Logica(m) *a.c.* *M*

²⁷ geo/metricam] geo[metri]/metrica *M*

²⁸ astronomiam] astronomi[c]am *M*

²⁹ economicam] econonica(m) *M*

³⁰ Loica *p.c.*, Logica *a.c.* *M*

³¹ dialecticam] dial&tica *M*

[5.0] { [1]³². Tria } igitur { uolumina ecclesia dei a salomo/ne scripta suscepit. Primus ex ipsis pro/uerbiorum liber positus est; secundus / is³³ qui ecclesiastes appellatur; tertio / uero in loco cantica canticorum uolumen / habetur. [5.1] Quae ergo nobis occurrere possunt / in hoc loco, ista sunt generales disciplinae, / quibus scientiam peruenitur. Tres sunt, quas greci |87r| *ethicam, phisicam, et popticen(!)* appellarunt, / has nos dicere possumus moralem, / naturalem, inspectiuam.

[5.2] Nonnulli sane / apud grecos etiam *logicen*, quam nos rationa/lem³⁴ possumus dicere, quarto in `nu´mero po/suere. [2] Alii non extrinsecus eam sed per has tres / quas supra memorauimus disciplinas inni/xam consertamque per omne corpus esse / dixerunt; { Mb³⁵ est enim *logice* haec. Uel, ud(!) nos / dicimus, rationalis, quae uerborum dictorum/que uidetur continere rationes } proprieta/tesque et inproprietates, genera/que et spe/cies et figuras singulorum quorumque edo/cere³⁶ doctorum, quam utique disciplinam non tam / separari quam inseri ceteris conuenit et intexit. /

[5.3] [3] Moralis autem dicitur per quam mos uiuendi / honestius aptatur et instituta ad uirtutem / tendentia preparantur. / Naturalis dicitur, ubi un`i´uscuiusque rei natura / discutitur, quo³⁷ nihil contra naturam geratur / in uita, sed unumquotque(!) his usibus depute/tur in quo`s´ a creatore productum est. / Inspectiua dicitur quia supergressi uisibilia |87v| de diuinis aliquid et celestibus contempla/mur eaque mente sola intuantur, quoniam cor/poreum supergrediuntur aspectum. /

[5.4] [4] Haec ergo, ut mihi uidetur, sapientes quique / grecorum sumpta³⁸ a salomone, utpote qui³⁹ eta/te et tempore longe ante ipsos prior ea per / dei spiritum didicisset, tamquam priora inuen/ta protulerunt institutionem suarum / uoluminibus comprehensa posteris, quoque /

³² [1] chapter numbers of Origenes, Prologus 3 in Cantica canticorum (http://ldysinger.stjohnsem.edu/@texts/0250_origen/02_or-txts1.htm = H. Karpp, *Origenes vier Bücher von den Prinzipien*, Darmstadt, Wissenschaftliche Buhgesellschaft, 1976)

³³ is] his *a.c. M*

³⁴ rationa/lem] rationa/le *M*

³⁵ Mb (München clm 14456) f. 69r (the last schema)

³⁶ edo/cere] & do/cere *M*

³⁷ quo] quod *M*

³⁸ sumpta] sunt *M*

³⁹ qui] quia *M*

tradenda relinquere. /

Sed hec, ut diximus, salomon ante omnes et / inuenit et docuit per sapientiam quam accepit / a deo sicut scriptum est. Et dedit dominus pruden/tiam⁴⁰ salomoni et sapienciam multam ualde / et latitudinem cordis sicut arenam⁴¹ quae est ad / horam maris. Et multiplicata est in eo pruden/tia super omnes antiquos filios hominum et super / omnem sapientiam aegypti. /

[5] Salomon ergo tres istas quas supra diximus / generales esse disciplinas, id est moralem, / naturalem, et inspectiuam distinguere ab in/uicem ac discernere uolens, tribus eas libellis / edidit suoque ordine singulis consequenter |88r| aptatis, } in prouerbiis, in ecclesiasten, in can/tico cantiquorum. / [] In prouerbiis ethicam, id est moralem. { [6] Primo / ergo in prouerbiis moralem docuit locum / succinctir, ut docuit breuibisque sententiis / uitae instituta componens. } / [] In ecclesiasten phisicam, id est naturalem. / { [7] Secundum uero locum, qui naturalis appel/latur, comprehendit in ecclesiasten, in quo / multa de rebus naturalibus disserens, et in/ania ac uana ab utilibus necessariisque / discernens, relinquendam uanitatem mo/net et utilia rectaque sectanda. } / [] In cantica cantiquorum *epopticen*, id est / inspectiua. { Inspectiuum quoque locum / in libellum, } id est cantica cantiquorum, / { tradidit, in quo amorem celestium diuino/rumque desiderium incutit animae super / speciem sponse ac sponsi, caritatis et ama/ris uis perueniendum docens ad consorcium dei. } /

[6] { [17] Hanc ergo triplicem diuinae philosophiae for/mam etiam in istis sanctis ac beatissimis uiris / arbitror praesignatam, pro quorum sanctissimis |88v| institutionibus deus summus dici uoluit, / deus abraam, deus isaac, et deus iacob. / [] [18] Abraam namque moralem declarat phi/losophiam per obedientiam. Tanta enim fuit eius obedientia. Etiam antequam / obseruantiam mandatorum, ut cum au/dierit: “exi de terra et de cognatione tua / et de domo patris tui (Gen. 12.2)”, non sit cunctatus sed / statim fecerit; immo et horum amplius / aliquid fecit, audiens ut immolaret fili/um suum, nec⁴² inde quidem dubitat sed op/temperat precepto et ad exemplum oboe/dientiae, quae est moralis philosophia po`s´te/ris dandum

⁴⁰ prudentiam] pruden/tia *M*

⁴¹ arenam] harena *M*

⁴² nec] ne *M*

nec⁴³ filio suo unico pepercit. / [] [19] Isaac quoque naturalem
philosophiam / docet cum puteus fodit et rerum profun/da rimatur. / []
Sed et Iacob inspectiuum obtinet locum. / Quippe quia et Ihelsalem a
diuinorum con/templacione nominatus sit et qui cas/tra celi uiderit et
domum dei atque / angelorum uias scala in caelum por/recta prospexerit.
|89r|

[20] Unde et merito inuenimus tres istos beatos / uiros altaria
fixisse deo, hoc est philosophiae / deo consecrasse profectus, quo scilicet
edo/cerent, non haec ad artes humanas sed ad / dei gratiam referenda.
Sed in tabernaculis / degunt ut per haec ostendant neque in ter/ris
habendum esse aliquid proprium / huic qui diuinae philosophiae studet, et
sem/per promouendum, non tam de loco ad lo/cum quam de scientia
inferiorum / ad scientiam perfectorum. } /

Finis

⁴³ nec] ne *M*